Rare Book Dept.
Hain 924
No. Q.405.122
The Public Library of the City of Boston.

Simon Bevilaqua: 1492-1500, *etc.*

[ ] AMASAEUS (Gregorius). Panegyricus in laudem cardinalis Grimani.

Roman Letter, 24 leaves, 23 lines to a page. Fine woodcut initial, white on black ground, at commencement of the text.

24 leaves, 4to. *Levant morocco.*

[Venice, Simon Bevilaqua(?) after 19 June, 1498.]

APPARENTLY THE ONLY EDITION. This Panegyric is probably the earliest printed account of the famous Cardinal Grimani (died 1523), who was the original possessor of the celebrated illuminated manuscript, known as the Grimani Breviary, which is now preserved in the Library of San Marco at Venice.

With author's colophon at end, "Utini, MCCCCLXXXXVIII. XIII Kal. JULIAS. Hora. XX," and a page of errata. A fine, large copy (197 x 149 mm.).

¶ Hain 894. G.W. 1595 (recording only six copies). Not in the British Museum.

PANEGYRICVS IN LAVDEM CARDINALIS GRIMANI.

Josiah H. Benton Fd.
Feb. 20, 1940
Z

FACVNDISSIMI ORATORIS GREgorii Amaſei Vtinenſis Antiquis Progenitoribus Bononia oriundi Panegyricus Pro Vtinenſibus dictus Sacratiſſimo Cardinali Dominico Grimano Patriarchæ Aquileiēſi Religioſiſſimo.

FAVSTO Vſq; adeo feliciq; ſidere Amplitudinis tuæ fundamenta iacta ſunt Optime Patrū Princeps ac Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Auguſtiſſime Cardinalis: ut non modo geminum Præfulgentis tuæ dignitatis culmen extollere: bifidumq; myſticæ mitræ apicem: Purpureumq; Galerum ſufferre queant: Verum etiam Summum ac ſupremum illud Humanarum rerum faſtigium iure optimo meritoq; depoſcant: ut quum triplex Sacratiſſimo capiti tuo acceſſerit Diadema: omnes impleas numeros: nequid tibi ad ſolidam perfectamq;

Beatitudinem deſit. Quod ſi Paracleto aſpirante ſucceſſerit ut cunctis Pontifex maximus modereris: perbeata quidē foret Reſp. chriſtiana: quo duce non corporum hoſtibus ſolum deuictis: ſed profligato potius humanæ naturæ calumnioſo inſidiatore affixiſq; trophæis omnibus humanis diuiniſq; uirtutibus redimita perpetuo triumpharet. Sed cur non eueniet? quom periniquum ſit eum imperio aliorum ſubeſſe: qui ſapientia probitate & meritis cuilibet antecellat. Putandum eſt enim Ariſtotelis teſtimonio talem uirum tanq̄ Deum in hominibus eſſe: reſtat ergo (ut uidetur) naturam huius talem eſſe: ut omnes ſponte ſua illi parere debeāt: ſitq; rex perpetuus ī toto orbe. Quod proculdubio: quom tu ipſe huiuſmodi ſis de te fore minime dubitamus. Præſertim uero quom diuina præſagia nō mereantur falli: nec quæ cælo delapſa oracula per quietem ſolutioribus mortalium mentibus uera denunciant: nec quæ per liquidum aera candidiora circumuolāt auguria. His adde q̄plu

rimorum conſpirationes atq; conſenſus: præcipueq; totius populi uaticinia. Mihi cre dite non hæc ſine numine diuum eueniunt: uox etenim populi nonne uox dei dicitur? Quid q̧ dum hæc meditor: dumq; aliorſū mea fertur intentio: in hæc ipſa neſcio quo afflatu pene inuitus erumpo? Et ut mihi ue- rum fateri liceat: dum huic orationi propē- ſus incumbo aperienti Aurelii Theodoſii librum illud prorſus occurrit: ecce pontifex tuus: arripui omen cōfeſtim deum optimū maximū diuoſq; omnes ut faxint precatus. Et profecto nō tantum tibi īnumeriſq; uir- tutibus tuis in omnes homines in omnes gentes ac principes ſummum debetur impe rium: quantum iampridem labanti ac pene naufraganti Petri nauiculæ exoptatus gu- bernator aduenies: quom inter mortales unus ſimillimus deo ſis: cuius terrenarū re- rum præcipuus ſubeas uices. Neq; tamē hæc tuorum meritorum præmia poſcis: inchoan tis enim uirtutis fructus eſt gloria: purgati uero iam defæcatiq; animi & ab omni mū

3

di huius aſpergine preſſe pureq; deterſi (ut Plotini uerbis utar) uiuenti propria conſciẽtia: defuncto æterna felicitas. Sed ipſa quid te deceat euangelica ueritas præcipit: dum Apoſtolos ſuos ſal terræ euaneſcere prohibet: dum eoſdem lucem mundi huius corā hominibus in edito lucere contendit. Et q̄q̄ bene uiuere q̄ bene docere ſit prius; qui tamen fecerit & docuerit hic magnus uocabitur in regno cælorum. Quomq; nefas ſit inſipientes diuino gregi præeſſe paſtores: ne ſi cæcus a cæco ducatur ambo in foueam cadant. Perfectus autem paſtor is ſolus erit: qui perſimilis magiſtro ſuo p hoſtiū ipſum in ouile admiſſus oues ſuas impendio curat atq; tuetur: & cognoſcit eas: & ſuæ eū cognoſcunt. Quod ſi mortalium cuipiam hac tẽpeſtate diuina prouidentia conceſſum ē: uel ſoli tibi contigiſſe quis eat inficias? Quom unus ſis: qui uelut irradians ſol quaſi ex alta ſpecula diuino lumine circumfuſus allucinabundas chriſtianorum mentes illuſtres; ac in hæc penitus lutulenta demerſas ductu au

ſpiciiſq; tuis in ſublime erigas: quorſum etiã ſuapte natura hominum ſtatura dirigitur. Q uid enim eſt: quod in omnium principũ prĩcipe aut requiri aut uotis deſiderari queat: quin id totum ĩ te ipſum larga manu aut deus aut fortuna cõtulerit? Et ne rebus tuis luculentiſſimo Panegyrico addere honorẽ uidear: ſaltem capita quædam qua potero breuitate perſtringam: ſimul ut patefaciam quanto gaudio nationes Patriarchali addictæ curæ: quãto patriani omnes: quorũ Vtinenſes præcipui: quãtaue lætitia ob proſperos ſucceſſus tuos geſtiant: q̃q; de te ardua uaticinentur. Equidem ſic exiſtimo in eo uiro: qui unus poſt deum maximam in cunctos homines habeat poteſtatem: eaq; optime uti uelit: hæc omnia ineſſe oportere: humanarum diuinarumq; rerum ſcientiam cũ ſtudio beneuiuendi coniunctam: auctoritatem: felicitatem. Q uis igitur te uno ſapientior aut eſt aut fuit unq̃? Q ui quom omnium diſciplinarum cognitionem adeptus ſis omniumq; uirtutum habitum conſecutus:

te ipſum cognoſcens nō ſolum tibi te natū intelligas: uerum ortus tui partem cogna/tos atq; amicos: partem patriam atq; uniuerſam christi dei noſtri eccleſiam uendicare pſpicias. Vt quum totius orbis terrarum ipſorumq; mortalium omnium diuino numine concedente uicarius dux ac moderator ad/ueneris: tantopere egregii paſtoris impleas munia: ut & lapſas ſubleues oues: & per de/uia errantes in ſaluberrima reducas uireta: Soſpites uero contineas: ac demum omnes peruigili pene cuſtodia diuino gregi conſerues. Ita ut multiplicium tuarum uirtutum integritate cæteris perpetuo ſis exemplo: quæ te poſtremo omni penitus terrenarum rerū labe purgatum diuorum immortalitate do/nantes ipſius cæli in faſtigia ducant. Neq; enim uerendū eſt uiri clariſſimi ut ego qcq̄ aſſentando dicere uidear: quom non is ſim qui ſponte ac nullo propoſito emolumen/to fœdiſſimum adulationis crimen incurrā præſertim uero apud eos: qui nec fallere uo/lunt: nec ſciunt falli: Illud potius ambigen/

dũ:ne temerario auſu eloquẽtiſſimi cuiuſq̃ oratoris munus aſſumpſiſſe uidear: quod ne quidem acceptaſſem lubens: ſi aut clariſſimorum conciuium meorum mandata impune ſubterfugere licuiſſet: aut quicq̃ de ueſtra in omnes facilitate aut clæmẽtia timuiſſem. Verum quis eſt qui neſciat Patres optimi ac Nobiliſſimi ciues quibus auſpiciis ſapientiſſimus Cardinalis Grimanus ac Patriarcha noſter iam inde a teneris annis uoluptate reiecta Almæ uirtutis iter ĩgreſſus ſit? quãq; beatam ſibi in ea continuo ſedem pararit? Quum enĩ; primum ſingulari ac fere diuino præſtans ingenio in bonarum artiũ ſinum ſe contuliſſet: deinde ardore quodã amoris in ipſa ſtudia traheretur: nullam totius philoſophiæ partem reliquit intactam: quin eam ueluti corporalibus oculis intellectus ſui lumine compræhenderet. Ex quo inæſtimabili gaudio tanq̃ ambroſia ac nectareo poculo modo eiuſdem ſapientis præcordia ſaturantur. Quis enim eum non uere

beatum putet? qui tot tantarumq; diſciplina rum cognitione fruatur? qui ex ipſarum fon tibus omnem bene beateq; uiuendi normã ſibi aliiſq; præſcribat? qui ĩ cunctis rebus ue rum falſumq; diiudicet? qui aliquãdo qua ſi terreno ſolutus corpore perſpicaci cõtem plation e abſtrahatur? nonne hunc ĩter mor tales uitam cæleſtium uiuere credẽdum eſt?

Quem uero primum dulces ante omnia muſæ: Quarum ſacra ferat ingenti percul ſus amore: Accipiant: cæliq; uias ac ſyde ra mõſtrent: Defectus ſolis uarios: lunæq; labores. Vnde hominum genus: & pecu des: unde imber: & ignes: Arcturum: pluui aſq; hyadas: geminoſq; triones. Vnde tre mor terris: qua ui maria alta tumeſcant Obiicibus ruptis: rurſuſq; in ſe ipſa reſidãt.

Quid tantum oceano properent ſe tinge re ſoles Hiberni: uel quæ tardis mora no ctibus obſtet. Felix qui potuit rerum co gnoſcere cauſas: Atq; metus omnis: & in eluctabile fatum Subiecit pedibus: ſtrepi tumq; acherontis auari. Vt ait Poeta.

Q uæ omnia quantopere in hoc homine ſita ſint conſiderate. Quotus enim quiſq; ẽ qui hoc uno acutius peruideat quid rerum natura poſtulet? qui corporis ac animi ſui uim (ut ab Apolline pythio reſpõſum ferũt) melius norit: quiue magis eam uitam proſequatur: quæ rerum beatitudine perfruatur? Q uom enim Ariſtotelis ſententia hominem ipſum quaſi quendam mortalem deũ ad duas res eſſe natum cognoſceret: ad intelligendum ſcilicet & agendum: nõ ueluti pecora: quæ (ut ſcite Saluſtius ſcribit) natura prona ac Veneri obedientia finxit: Appetitui rationem ſubiecit: ſed eam tanq̃ in eminentiſſima mentis arce collocatam quibuſcunq; perturbationibus præeſſe uoluit. Vt iam florentiſſima ætate Illi ueritatis lumen appareat: neue ipſam (ut uoluit Plato) ſenectutem expectet: ut ei tunc demum ſapere: ac uera opinari contingat. Q uis enim neſcit quanto acumine naturalium rerum cauſas diſcutiat? quum aut earum principia aut conſequentia & connexa principiis rima-

6

tur;quæq; ex his ſiue ſimplicia ſiue compoſi
ta oriuntur? Quum mundi huius corporei
ac mobilis naturam inquirit: & de his; quæ
in eo ſunt: quæue ad ipſum ſpectant; ſuis ra-
tionibus diſſerit? Hinc illi liber per cælum
curſus: ubi perennes eius motus conuerſio-
neſq;: cumq; eo innumerabilia ſidera inhæ
rentia conſpiciat. Septem deinde alia per-
petuo cum ſuis orbibus circumferri miretur:
quorum præcipue ſol ac luna diei noctiſq;
principes uiciſſitudines temporum uarient:
quibus inferiora generantur: & uiuunt: &
corrumpuntur: nec minus cuncta elementa
pererrat: quæq; in his ſunt: atq; ex ipſis fiũt
perſcrutatur: uentorum flatus: nimbos: atq;
tonitrua: Omnia germinantia: omnia me
talla: omnes lapides precioſiores: nec non
omnia quæcunq; deus protulit animalia:
ipſumq; poſtremo horum dominu; huma-
num genus: cumq; his ſuam cuiuſq; proprie
tatem atq; naturam perpendit? ſic ut nulla
pars cælo mari terra indiſcuſſa remaneat.
Deinde uero hinc ſe paulo altius erigens tri

plicem humanarum animarum uim ac ra-
tionem imortalitatis compræhendit. Rur-
ſuſq; ſola cogitatione ac intelligentia con-
tuetur cuncta ſupernæ diuinitatis opera: &
quicquid ſublimari globo beatiore animo
atq; puriore ſubſtantia ualet: ueluti primæ
cauſæ incõmutabilia & impaſſibilia ſimula
cra. Et mox cum humanis cupiditatibus li-
ber ſe procul a terra elleuauit: ac diuini lu-
minis ſplendore illuſtratur: deũ ipſum tri-
num & unum (ut homini fas eſt) quaſi per
ſpeculu; & in ænigmate proſpectat. Vnde
in Angelorum choros ac beato℞ ſpirituum
ordines intellectus reflectitur. Inde multifi-
das dæmonum ſpecies ac qualitates digno
ſcit: atq; in ipſa tartara uera imaginatione
percurrit: ac demum Magnorum Patriar-
charum uelamina ac Prophetarum reſpon
ſa recludit: Euangelica dicta perſentit: Apo
ſtolorum uero ac Sanctorum Patrum diſci
plinis imbuitur. Sed hæc iam altiora ſunt: q̃
quæ orationis meæ tenuitate præfulgeant:
atq; illi ſcitu q̃ mihi relatu faciliora: quom

ĩipſo molimine rerum me quaſi ſermo de fecerit. Quare iam ad humiliora conuer/tar: quæ multum quidem ſpeculatiõis: plus tamen utilitatis afferant. In quibus quantũ uir ſũmus poſſit polleatq; breuiter conſide/remus. Equidem quom aſſiduo ſtudio atq; induſtria Septem liberalium artium quam libet ſibi tanq̃ propriam ac peculiarem uen dicarit: hoc ſeptẽnario munere corpus ani/mumq; perfecit: ut quemadmodum ſeptẽ/narii numeri uirtutibus ac plenitudine ma/gnum hunc paruumq; mundum hominem eorumq; animas utriuſq; amborumq; par/tes ac qualitates prouidẽtia ipſa incompræ henſibili pene ratiõe crearit atq; gubernet: ſicut Pythagorici primum dein Platonici ueris raciotinationibus atteſtantur. Ita & ip ſe hac ueluti ſeptemplici harmonia ſeptẽq; uagis rutilantibuſq; ſideribus ſe totum om ni ex parte bearet. Incorruptæ uidelicet Pal ladis munere: cuius nomine inoleuit ut apđ ueteres ſeptẽnarius numerus uocitetur: ideo quia ex ſolius monadis fœtu & multiplica/

tiõe proceſſit:ſicut Mineruam ex ſolo Iouis cerebro natam ferunt. Igitur per hos ueluti ſeptem flexuoſos tramites Themidis oraculum ſecutus: ac Alcidem Iouis filium imitatus: inſomni dracone ſopito: ac celſis montibus ſuperatis: in amœniſſimum Heſperidũ uiridarium tranſcẽdit: aurea mala decerpſit: indeq; Abſtulit arboribus precium: nemoriq; laborem. Primo nanq; ipſam recte loquendi ſcribendiq; facultatem originẽ inq̃ & fundamentum aliarum diſciplinarum exactiſſime adeptus eſt: ſine qua unicuiq; cauendum putauit: ne dum ad ſuperiores gradus nimium properat: in ipſo pene limine turpiter laberetur. Quom nullum ſit ſcriptorum genus: quod non lectione & enarratione excutiat: emendatione iuditioq; perc enſeat: quom qui ſermonis uirtutes ignorent q̃ facillime decipiantur: niſi enim uerborum ſignificata percipies: cognitio rerũ peribit. Præſertim uero quum illud Quintiliani animaduertiſſet: longe plus eam habere in receſſu: q̃ fronte promittat: quæ niſi

aliarum artium fumdamenta fideliter iece-
rit: q̄cquid ſuperſtruxeris corruet: neceſſa-
ria pueris: iucunda ſenibus: dulcis ſecretorū
comes: & quæ uel ſola omni ſtudioru; gene
re plus habet operis q̄ oſtentationis. Nam
tenuis a fonte aſſumptis Poetarum Hiſtori
corumq; uiribus: pleno iam ſatis alueo fluit:
quom præter rationem recte loquendi non
parum alioquin copioſam prope omnium
maximarum artium ſcientiam amplexa ſit.
Dehinc uero quom præ oculis quarumlibet
magnarum rerum perſcrutationem poſuiſ-
ſet: omnino eam ſibi parādam putauit: quæ
in reliquis uera ac falſa diſcernens: inuenta
probabilibus neceſſariis ue argumentis diffi
nit atq; diiudicat: ſuiq; ſtudioſos nō per pla
na modo ac ingeniis peruia: ſed etiam per
labyrintheos Gyros atq; Mæandros tanq̄
filo Ariadnes dirigit: atq; ad amuſſim ad re
cta perducit: ſine qua unicuiq; perfacile deci
pi ac turpiter errare contingit. Cuius uarias
diuerſaſq; ſectiones: ſi cum ueterum monu
mentis abolerentur: ac ex uiuētium memo-

ria exciderent. Solus Cardinalis Grimanus omnes in priſtinum robur propriumq; ui-gorem excitaret. Nec minus uicinam huius atq; finitimam benedicendi ſcientiam repararet; quæ duæ tanta affinitate ac ſimilitudine coniunguntur: ut hæc facundiæ ſuæ uires ueluti manus palma diſtendat: illa ſyllogiſmorũ neruos pugno cõſtringat. Quomq; inter ſe Ariſtotelis aſſertione penitus conuertantur: ut utraq; nullius ſit determinatæ ſcientiæ: ambabuſq; quodã modo reliquæ diſciplinæ participent: quid aliud dicẽdum eſt q̃ Rhetoricam eſſe quaſi propaginẽ dialecticæ. Atq; hoc pacto triuiũ pegit: moxq; per quadriuium perrexit: cuius progreſſionibus corporeis ſenſibus abſolutus puriore intelligentiæ lumine coruſcaret. Dum aut immutabilis ſubſtantiæ abſtracta cõfingat: aut eadem materialibus rurſus immiſceat. Quare prima ſe ei uiſendam obtulit cæterarum mater infinita numerorum propagatrix: quæ diuinæ ratiocinatiõis exemplar rebuſq; ipſis ingenita cõcordi temperiæ cun-

cta colligãt: tum ſpeculationibus: tum nego ciis opportũa. Cuius quidem ductu atq; primordiis illi uaria atq; perplexa Dimenſiuæ Perſpectiuæ ac Regularis Geometriæ theoremata claruerunt: & qcquid põdere capacitate longitudine latitudine animoq; finitur: cuius ſpeculationis iuiolabili documento non tantum totius orbis terrarum ſitum locorum formas atq; diſtantias dimetiatur: quantum reliqua elementa ac cælum ipſum quæq; in eis ſunt cuncta diſterminet: cuius cognitionem quom plurimum ad facultatẽ dedaleis opificibus & architectis: ad ſanitatem medicis: ad animam philoſophis conferre dignoſcat: eius tñ experimẽtis oppido delectatur. Hinc illi triplex muſica circum præcordia ludit: quæ omnia quæ in eo quæue extra ipſum ſunt ſuaui temperet conſonãtia. Qua etenim lætitia Sacrum pectus fouetur? Dum aut nouem mundani corporis ſphæras tanta harmoniæ obſeruatione cõſtare depræhendat: ut ſi uel minimum diſſonet cuncta penitus interirent. quod fieri ne

quit omnino: quom ipſius mundi anima iu
gabili concordia inter ſe concinentibus cõ
texta numeris omnibus uniuerſitatis mem/
bris infuſa: quem ipſa a ſũmo deo accepit:
ꝑpetuum præſtet uigorem: ut a nobiliſſimo
entium ad imum continuis ſucceſſionibus
ratus ordo permaneat: fiatq; mutuis uincu/
lis indiſſoluta compago: & nuſq̃ interrupta
cõnexio: tanq̃ aurea Homeri cathena e cæ
lo in terram pendente colligata: nouem un
diq; circumſonantibus muſis: quarum om/
nium dux ac pater Apollo temperet ſonos.
Quum uero hæc omnia intuetur: indeq;
mentis oculum in ſe ipſum reflectit: quanto
geſtiat gaudio neceſſe eſt: quum ſe uelut Mi
crocoſmon eadem: qua mundus totus: con
ſonãtia cõſtare intelligat. Quãdoqdem in
medio rerũ ſitus puriſſima ſuæ mẽtis ratiõe
cũ cælo atq; ſideribus ieat ſocietatẽ: cumq;
ipſis Intelligẽtiis ĩmortalitate cõmũicet: par
tibus aũt corporis elemẽtoꝝ diuerſitatibus
aſſimilet̃: inq; ĩferiora degenerãs caducaꝝ
animãtiũ ueſtiat̃ fragilitate: atq; hoc pacto

i ſe ipm̄ deſcendens tam īterioris q̄ exterio/
ris hominis īſpiciat cōſentaneā harmoniā.
Quo ſit ut quum cæleſtis conſcius muſicæ
reminiſcatur: demulceatur uniuſcuiuſq; ge/
neris melodia: cuius quidem ſuauitatem nō
tam auribus q̄ rationibus metiatur: Veterū
heroum Poetarum ac Sophorum exemplo
qui nullum abſq; huius dulciſono cultu pu/
tabāt liberaliter eruditum. Et merito: quom
nemo tam eferati tamue ſtupidi pectoris ſit
qui non huius numeris capiatur: omniſq; ſi
ne cantu fidibus aut organo humana uita
atq; ſocietas ī quauis fortuna ſordeſcat: quī
etiam & cæterorum animalium corda perten/
tet: hinc ille auium concentus in agris: Et læ
tæ pecudes & ouantes gutture corui. Qui/
buſquidē gradibus in ſublime ellatus totius
mundanæ machinæ ſitū formāq; ueluti Ra
dio circumſcribat: ac cælorum permeet orbes:
quorum extimum admiretur undiq; innu/
meris rotantibus ſtellis tanq̄ Argi oculis cir
cumuolutione ſua cuncta deſpicientem: Si-
gniferumq; ac lacteum proſpectans circulū

ſiderum contempletur figuras: necnon ad/
uerſos errantiũ planetaꝝ curſus magnitudi
neſq; perſentiat: hoꝝ quoq; omnium uim
ac poteſtatem in hæc inferiora diſcernat: ex
quibꝰ haud dubie futura præuideat. His er
go ſeptem ingenuis artibus ſe ceu clariſſimis
luminibus circumſepſit: qbus præuiis omne
ſtudioꝝ genus intrepidus ptractaret. Atq;
ut ea: quantũ homini poſſibile eſt: prorſus
excoleret: multiſcios latices Oratoru; imbi
bit: qui in quas uelint figuras ſe Protei mo/
re uertentes eloquentiæ ſuæ munimine fiſi
animorum motus flectunt atq; reflectunt.
Nec non & Entheos Poetas cõplexus ẽ cæ
leſti quodam inſtinctu omnia percantan
tes: qbus quidem Naſonis teſtimonio deus
ineſt: quoue agitante caleſcunt: etenim ſpi/
ritus æthereis ſedibus iſte uenit. Et quoniã
neceſſariũ eſt animã cõſequi corpus: quom
eius ſit inſtrumentũ atq; uehiculum: medi/
corum theoricæ ac quæſtionibus dare ope/
ram nõ alienũ putauit: ut præcipuã ſui cor/
poris curã non ſine medicina cognoſceret:

omnemq; eius bonam ualitudinem ad ſolã animi uirtutem referret: quo ei præſtaret debitum miniſterium. Quom uero ut corporis medicina ita animi ſit Philoſophia perfectio: tantopere utriuſq; muneribus corp⁹ animumq; perfecit: ut duce uirtute ac comite fortuna (ut in prouerbio eſt) nihil illi deeſſet ad bene beateq; uiuendum. Præſertimq; omnem eius partem perdidicit: quæ uitam moribus inſtruendo: atq; a ſenſibilium uoluptatũ illecebris auocando: ꝓpoſita rerum fugiendarum expetendarũq; regula ad ſũmũ bonum recta pducit: maxie quũ idoneã ſibiq; congruentẽ naturã ſortita fuerit. Qua mẽte quoq; ĩgenio ꝓcliuis Religioſiſſimus Patriarcha noſter huius ſapiẽtiæ uiribus ſe ipſ; prio ideſt corpus animũq; tuet᷑: Secũdo familiares cognatos atq; amicos ſuo exẽplo ac ratione conſeruat atq; gubernat. Poſtremo uero publicis & eccleſiaſticis p̃ſidet negociis: magnarum uerarũq; uirtutũ examine cũcta miniſtrãs. Hic illi ciuilia reſultãt iura: hinc ſacri ſub diuino eius pectore canones

excitantur. Quinimo ipſe tot tantarū𝅘 re
rum ſcientia præditus ipſas conderet leges
ſi penitus interiſſent. Quom eni𝅘 nihil in
humanis inuētionibus undequaq𝅘 pfectum
ſit (Nāq𝅘 (ut aſſerit Iuſtinianus) In nullo peni
tus peccare diuinitatis magis ē q̄ mortalita
tis: quomq𝅘 hūanæ naturæ congruū ſit: ut
omne artificiū incrementū recipiat: ut Mar
cellus ait: Cæterū qui non ſubtiliter factum
emendat laudabilior ē eo: qui primus inue
nit: & aliquando neceſſariū eſt leges antiq̄s
iam ſenio p̄grauatas uigilantia alicuius ī no
uam pulchritudinē & moderatū peruenire
cōpendium (ut rettulit Imperator) Forte hic
unus erit: qui parta ſupremæ plenitudīe po
teſtatis: & ſiqd fuerit erratū caſtiget: & nimi
um ꝓfuſa ac ſupflua reſecet: & hiātia ſupple
at: & oblitterata īſtauret: ac etiā nouis ſāctio
nibus deſiderata pficiat: Quom diuini hu
maniq𝅘 iuris decreta locis atq𝅘 tēporib⁹ ua
rientur. Et probe id qdem: Nanq𝅘 (ut Bo
nifacius præcipit) Ratiōi congruit: ut ſuc
cedat in onere: qui ſubſtituitur in honore.

Præſertim̃ uero quom nullius gentis regni ac populi extent monumenta: quæ ab Hi/ſtoría magiſtra uitæ ac ueritatis archetypo nõ excerpſerit: quoꝝ exẽplis haud indigus errorum Vlyxis omne negociũ illuſtret: ac dicenda faciẽdaqꝫ præcipiat: ꝑmittat: uetet & puniat: præmiis pœniſqꝫ ꝓpoſitis. Quid enim̃ mirum (Quom Solon Athenienſi/bus Lycurgus Lacedemoniis ſuas leges tra/diderint) ſi iſte inuenta alioꝝ perficiat: ma/ior Lycurgo atqꝫ Solone: quoruꝫ inſtitutis græcia primo: mox Italia; Vnde omnís ter/ra repleta eſt. Qui quom uel ob hoc unum meruerint dici ſapientes: qd ſi cunctaꝝ bo/narũ artiũ orbem conſecutus hoc nomine cenſeat̃: Quom̃ uel ſolus ſit: cui aureus Mi leſiorum tripos ab Apolline Delphico ín/dubitato reſponſo addictus eſſet. Admiran da forſitan ac pene ĩcredibilia alicui ueſtrũ Auditores Eximii de hoc homine dicere ui deor: & quæ uix uni aut alteri per tot hacte/nus decurſa tẽpora contigere: & his qdem paucis: quos æquus amauit Iupiter: aut ar/

dens euexit ad æthera uirtus. Sed neq; hac tēpeſtate abbreuiata eſt manus domini: & ſpiritus ubi uult ſpirat: cui ſi libuerit cōtinuo pluet māna: & proxime aurea ſæcula reditu ra magnorū Aſtrologorū cōſenſus iādudū prædixit. An ſolis uobis ignota ſunt mune ra diuinitus in eū collata? Non. n. (ut pleriq; omnes faciunt: qui in magnis fortunis nati ſeſe inerti ocio & libidinibus dedunt: aut il liberalibus negociis implicātur: ac terrenis cupiditatibus corpus animūq; deuinciūt: ſe ipſos ſponte ab omni uirtute abdicantes: ac īperioſis tyrānis ſeruientes) Naturæ aut for tunæ bonis pleno copiæ cornu ſibi undiq; redundātibus abuſus ē: uerū omnia ad ueræ beatitudinis metam direxit: ad quā ſibi de nuo comparandam nullis laboribus nullis uigiliis pepercit: ſed dies noctesq; in eam manibus pedibuſq; impendit: adeo ut po- ſtremo ſola intermiſſio illi negociū uide- ret: Ludus uero ac Iocus aſſiduū ſtudiū ac iu gis exercitatio. Quo fit ut nimio ſuccendar rubore: dum me alioſq; tenuioris cōditiōis uideo torpore atq; ignauia deperire: qui in

exiguã ſorte noſtrã crimen reiiciẽtes culpã p̃teximus ſegnitiæ: illud aut q̃d ſimile iden tidẽ iactitantes: Haud facile emergũt: quorum uirtutib⁹ obſtat Res anguſta domus. Qui magis explorant aduerſa uiros: perq; aſpe/ ra primo nitit̃ ad laudẽ uirtus iterrita cliuo. Quippe nec ira deũ tantũ nec tela nec ho/ ſtes: Quantum ſola noces animis illapſa uoluptas: Vt diuinitus cecinit Syllius. Sed ꝑfecto nil criminis remotiõe iuuamur: qui ueluti pecora inglorii uiuimus: & iterimus debitas deſidiæ noſtræ pœnas luentes. Sed ad diuerticulũ. Quom igitur ſapiẽtiſſimos quoſq; Philoſophorum ac Theologorũ imita ri ac Præclariſſimorum heroũ & Sanctorum Pa trũ ueſtigia ſeq conſtituiſſet: qua illi uia ſibi in uerã felicitatem iter extruxit: aſſidua uide licet ſolertia cura & diligentia: q̃bus annitẽ tibus breui tantũ profecit: ut iam cunctis ui uentibus præſtet: atq; ipſam prouocet anti/ quitatẽ. Nec mirũ quomodo ueterũ omni um labores in hunc unũ cõfluxerint. Qui/ bus maxĩæ habẽdæ ſunt gratiæ: quom totũ pene orbẽ terrarum peragrarit ſe ſuaq; omni/

bus locis: omnibus gentibus exponẽtes: ut tẽ
poribus ſuis poſteritatiq; ſolida exquiſitaq;
doctrina cõſulerent: Inexhauſtiſq; laborib⁹
uelut manſa ſectatoribus traderent: Nõ igit̃
huic noſtro relicta alma rerum atq; uiroru;
parente Italia fuerũt tam uariæ tamq; remo
tæ regiones obeundæ: ut diuerſorũ diſcipli-
nam undequaq; cõflaret: more Pythagoræ
atq; Democriti: qui quum omnẽ doctrinã
Græcoꝝ collegiſſent: ad ægyptiorũ prophe
tas tranſfretarũt: a quibus perciperẽt diuino
rum peritiã: Inde ad magos Perſarum atq;
ad Caldæos Babiloniorũ Aſſyriorũq; ſapiẽ
tes tranſierunt: ut futura præuiderent: atq;
omni Matheſi inſtruerent: quoꝝ Democri
tus Indorũ Gymnoſophiſtis cõgreſſus ẽ: &
in æthiopiã abiit: Pythagoras uero deinde
apud cretam una cũ Epimenide deſcendit
in Idæum antrũ: quom prius in ægyptioru;
Sacerdotũ Adyta penetraſſet: Ibiq; de aliis
in arcano edoctus eſt: Quos ſecutus Plato
loca uaria peragrauit ut diuinitus omnis ge-
neris eruditionẽ cõpigeret: quam poſtea
cunctis legendã præberet, a quo inſtructus

Diuus Ariſtoteles hũanã menſurã trãſgreſſus miro docẽdi ordine nihil reliqt intactũ adeo ut omnem ſui ſtudioſis ſe alio conferendi ꝓripuerit occaſionẽ. Præcipue aũt nobis chriſtianis: q de plenitudĩe dei oẽs accepim⁹: & gratiã ꝓ grã. Quia lex p Moſen data eſt: gratia & ueritas p Ieſum Chriſtũ facta ẽ: ut in euãgelio Ioãnis. Cæleſti igit Ingenio Rationeq; præditus: tãta adhibita uigilãtia: tantis ac talibus præceptorib⁹ uſus: quid mirũ ſi prudẽtiſſimus Cardialis Grimanus ac Patriarcha noſter omnem humanaꝝ diuinarũq; rerum peritiã adeptus ẽ: Quom inæſtimabili iuditio atq; cõſilio neq; ĩcognita ꝓ cognitis habuerit: neq; nimiã opã ĩpẽderit reb⁹ nõ neceſſariis: quõ quædã etiã ſapiẽti utilius neſciẽda putarit: atq; ĩ rebus tantũ cognitione dignis omnẽ impendẽs operã Apes imitatus ſit. Quæ p florida uagantes rura neq; cunctos flores delibãt: neq; ex his quos carpunt: Inutilia auferunt: qbus melitos condiant fauos: uerũ operi ſuo tantum apta cõquirunt. Pari modo & ipſe ex omnibus: quos adiit: Latinis Græcis ac Barbaris

auctoribus illæſus a ſentibus roſas decerpens
elegantiſſima quæq; digerẽdo in unã ſum/
mi boni contulit conſonantiã: ut pote qui
mel & fel deguſtarit anteq̃ ſanctum dei tẽ/
plum ſacris myſteriis initiatus ingrederet᷑.
Quod & hebræorũ prophetaꝝ principes
Moſen Danielẽq; factitaſſe aiũt: quũ Aegy
ptiorũ Chaldæorũq; imbiberit ſapientiam
priuſq̃ ad ſupercæleſtiũ contẽplationẽ acceſ
ſerint: ut Origenẽ Chryſoſtomũ Hierony/
mũ Auguſtinũ ac pleroſq; alios præteream
Neq; uero hæc cuipiã placendi ſtudio dice
re uideamur: ut qui blanditiarũ lenociniis
abs te Optĩe ac Præſtãtiſſime Pater hodie
gratiã ineamus. An uero adeo mali ſumus?
ut temere mentiendo: nõ quæ tibi inſunt
ſed quæ ineſſe deceat obiectemus? ac con/
trariũ deſideriis noſtris exitũ ſortientes cun
ctis odioſi turpiter depræhẽdamur? Tibiq;
præcipue: q apto animo & ueritate: q̃ frau/
de & obſequiis magis gaudes: quippe q ma/
uis eſſe q̃ dici aut uideri bonus. An nos ciues
Vtinenſes adeo indigi ſumus: ut pertrito ge
nere aucupii fortuna liberi electione ſerui

tãq̃ gnatonici ex alioꝝ uita pendentes men dicare cogamur? quin potius eximíis uirtuti bus tuís accenſi pro tẽpore hæc inculta pro fudimus: quæ haud quaq̃ noſtro indigent teſtimonio. Teſtis eſt Impioſa maris regia Vrbs Venetiaꝝ chriſtíanæ Religionis tutiſ ſimum propugnaculũ: Vbi ab ineunte æta- te ingenue educatus eferueſcentis indolis fructus fœcundiſſimos edidiſti. Teſtis ẽ Pa- tauina Academia claritate tuaꝝ diſputatio- num totiens illuſtrata: ubi quum omnẽ ex- egeris adoleſcẽtiæ florem: doctrina ac mo- ribus omniũ nationum ingeniis præſtitiſti: quẽ præceptores unice amarẽt: quẽ condi- ſcipuli ueluti ſuũ Geniũ obſeruarent: quẽ oĩs facultas oĩs ciuitas admiraret: quem perpe- tuo ſecũ deſiderarent. Teſtes ſunt rurſus Ve netiæ: quæ te redeuntẽ uberrimo refertũ uia tico in ſinum ſuum blandius excæpere: ubi paſſim tuaꝝ ſingulariũ uirtutum odoramẽ ta fragrarunt: ubi in templis in ꝓpatulo in omni celebritate tua aurea dicta factaq; cla ruere: Vnde equeſtri dignitate inſignitus ĩ ſenatoriũ ordinẽ admodum iuuenis aſſum

ptus es: magna profecto i tua Rep. daturus documēta: niſi te alio uocaſſent fata. Quid quod dum relaxandi animi gratia paucis inter iectis annis Patauiū rediiſſes: ad te omnes uelūt ad oraculū concurrebāt. Vidi ego tūc uiderunt & plurimi interuentu tuo omniū philoſophorum omniū medicorum: omnium theologorū tumultuantia ſedari certamina quū diſcuſſis ueterū cuiuſque ſectæ opinioni/bus mellifluo ore iugiter uera dogmata ape rires: aut diſſidia cōponendo: aut errata ue/riſſimis rationibus reuincendo. Nec potuit mediuſfidius tua uirtus quieſcere aut iacere diutius: quin ex inclyta Vrbe tua Romā euo catus in Protonotariū primū: mox in Cardi nalium Conſiſtorium aſcitus es. Vbi quom in excælſo præfulgeas: adeo ſplendor tuus gētibus illuceſſit: ut qui eo ex remotiſſimis regionibus uelut in olympicū deſcendunt certamē uaria ſpeculationū ſuarum experimē ta daturi te unum tanquam alterū Pythagoram & colant & obſtupeſcāt. Hic te Beatiſſimus Pater ex oībus collegiis delegit: quē potiſſi mū Patriarchica hac exornaret Tiara: ut in

16

ſedem Marci Euangeliſtæ ſucceſſor eſſes: cu/
uis alumnus fueras: & fieres imitator. Ex
quo nuper in Patriam redeunti Auguſtinus
Barbadicus Sereniſſimus Venetorũ Prin/
ceps cũ toto ſuo Illuſtriſſimo Senatu Bucẽ
tauro inuectus occurrit: ac ceu in mediis un
dis Triũphantẽ circũquaq; Innumeris coe/
untibus cymbulis: colludentibuſq; remiua/
gis polyſcarthmis: quicunq; eum diẽ exhila
rantes i ſuos cõplexus excæperũt. Inter quos
Antonius Grymanus Pater: nauali Præfe/
ctura Gallici belli insignis ac Procuratorio
diui Marci munere cõſpicuus ꝓdibat: quat
tuor præclariſſimis filiis colluſtratus: te præ
cipuo uidelicet: Vincentio: Hieronymo &
Petro: In quem fortuna Plurima ac maxia
bona congeſſit: ut eum ex omni parte felicẽ
Quito Metello merito cõparemus. Indeq;
te per mediã tranſuectum urbem ad haben
dos honores omnis ætas omnis ſexus effu/
ſus ſpectabat: tum e ſpeculis cultiſſimæ mu/
lieres: tum cuiuſq; ordinis turba terra mari/
que obſidente uias: undiq; præ lætitia Re/
boantibus tormentoꝝ tonitruis: ac circum/

ſonantibus de ſolẽni more ſacro ære obeli/
ſcis: cui aſſiſterent muſicorum certamina: ac ge
ſticulantium oblectamenta blandirent̃ lu/
dionũ: Ita cõgratulãtibus cunctis: ut nil tibi
præter ſummũ rerum faſtigium cõprecaré/
tur. Tum uero mihi apud Venetos Precioſa
uirtus uiſa eſt: cuius neq; honores neq; præ/
mia detrectando corrũperent. Tu tamẽ mũ
di inſtar teres atq; rotundus Immotus hære
bas: neq; alienis momentis animo fluctua/
bas: quin tui ipſius iudex nõ ex cæterorum
uultu aut nutu pendebas. Quem non am
bigui faſces: non mobile uulgus: Non le/
ges: non caſtra tenent: qui pectore magno
Spemq; metumq; domas uitio ſublimior
omni: Exemptus fatis: idignantẽq; refel/
lis Fortunã: dubio quem non in turbine
rerum Deprændet ſuprema dies: ſed abi/
re paratũ Ac plenũ uita. Nos uilis turba
caducis Deſeruire bonis: ſemperq; optare
parati Spargimur in caſus. Cælſa tu men
tis ab arce Deſpicis errantes: humanáq;
gaudia rides: Vt de te diuinauit Papinius.
Et iure id quidẽ: quanti enim hæc tibi æſti/

manda ſunt ludicra uanitatū: Q ui natura inſtitutiõe & aſſuetudine omnibus iam fræ natis domitiſq; cupiditatibus cæleſtiū uitã ducis. Cui ſi liceret ab omni mortaliū collu uione ſemotus diuinarum ſolūmodo rerū cōtēplatione & opere ſacrum pectus foue res: Q uom citra ea ſub orbe lunæ ſint om/ nia exigua caduca ac breui tēpore permanē tia: in quibus nec debent nec poſſint uir/ tutis præmia collocari: quom ea ſupna ſint: neq; his leuibus ac ſordidis rebus immerſa. In quibus qui propriæ rationis obliti: ac de uio errore præcipites uerã felicitatē conſti/ tuunt: uiuentes mortuiq; ſibi aliiſq; infæcū/ di perpetuo diſcrutiant. Q uid enī homi/ ni prodeſt ſi totū mundum lucret: animæ uero detrimentum patiatur? Q uibus rebus percitus ſeorſum a populorū frequentia ma iori trãquilitate uixiſſes: niſi te tua uirtus do cuiſſet nefas eſſe tibi ſoli ſapere: ac ſanctæ ru ſticitatis more modoq; īfructuoſius uiuere. Q uare quod mente concæperas tecumq; moliebare in arduo poſitus edidiſti: atq; ne gocioſas ocioſis uirtutibus coniunxiſti: cum

ſapientes iuſtoſq; urbiũ conditores rectores
conſeruatoreſq; imitatus: quos cæco libera-
tos carcere inter ſuperos his carminibus ob
merita reportauit Heſiodus: Indigetes di-
ui fato ſũmi iouis hi ſunt: Quondã homi
nes: modo cũ ſuperis humana tuentes: Lar
gi ac munifici ius regum nunc quoq; nacti:
Tum uero chriſti dei filii præcæptis obtem
perans: q a patre in has tenebras ſancto ſpi-
ritu cooperante defluxit: ut qui uita & lux ue
ra erat omnẽ hominẽ uenientẽ in hũc mũ
dum illuminaret: uerbo.ſ. & exẽplo: neue: q
per eum factus erat: mundũ ſineret interire.
Neq; imerito: nanq; Platonis iudicio opor
tet bonos ac ſapientes uiros Reip. admini-
ſtrationem capeſcere: ne ſtultorum temeritate
aut improborum flagitiis publice priuatimq;
oĩa corruãt. Quãobrẽ non magis tuæ q̃ hu
manæ cõſulẽs ſaluti iam tot tantarũq; rerũ
ſciẽtia acqſita ad regimẽ chriſtianæ Reip. ac
cerſitus te ꝓtinus cõtuliſti: ut quũ animũ tu
um prius lumine ueritatis ac uirtutũ cando-
re exornaſſes: ac ſacrarum myſterio litterarum
corpus ſpirituali ſplendore expiaſſes: cõſimi

18

límus deo gereres reꝝ hũanaꝝ curã: ut quũ tẽpus aduenerit geminatæ uirtutis ſuffultus munere in ſublime cælũ perfectior euolares. An uero alius quiſpiam magis optandus eſt: qui tantarum rerum ſuſcipiat gubernacula? nemo profecto: nemo. Quis enim neſcit quãt opere deuictis ꝓfligatiſq; illecebris uoluptatum undiq; te uirtutũ munere excolueris? Vlyxem uidelicet Orpheũq; æmulatus. Ille enim Sirenũ blandiuſculas cantilenas ĩuictus eluſit: hic uero Threicia frætus cithara fidibuſq; canoris minime ut cæteri illis adhæſit: uerũ In ſaxa perpetuo rigere fecit. Ille Circes medicaméta Mercurio euaſit duce: cuius comites brutoꝝ effigie hominem exuiſſent: hic nõ ſolũ flumina detinuit: montes cómouit: uolucres ſuſpendit: feras manſuefecit: uerũ & tartara ipſa demulſit: unde illæſus ad ſuperos remeauit. Quid mirũ igitur ſi tu herculeo pectore omni uinculo terrenæ fæcis exutus: tibiq; ipſi diuinis rationibus imperans: mortalium adminiſtrationẽ ſuſcipias? Et quis te uno prudentior eſt? qui ad ſimilitudinẽ bifrontis Iani omnia circũ

ſpectas: qui præterita reſpicias: præſentia di
gnoſcas: futura præuideas: qui nõ ſolũ a ma
lis bona ſecernas: uerum optima quæq; tibi
aliiſq; cuſtodiēda proponas: ut pote qui bu-
tyrum melq; comederis: ut ſcias reprobare
malũ & eligere bonũ. Quo fit ut omnibus
æquus ſuã cuiq; tribuas dignitatẽ: bonos et
enim tuiq; perſimiles omni ſtudio foues:
omni delectatione amplexaris: malorũ mi-
ſeratus fragilitatẽ: perpetua conſtantiq; tru
tina cuncta ꝑpendens: nulla ui nulla gratia
nullo præmio a recto ab æquitate dimotus:
ut q beneficẽtia ac liberalitate tua omnibus
ſtudeas ꝓdeſſe: obeſſe nemini. Hinc homi
num ſocietatẽ tueris: hinc patriæ cõmoda
potiſſima arbitraris: hic cognatis gratioſus
exiſtis: hinc omnia amicoꝝ cõmunia ducis:
hinc mira pietate parentes colis: hinc inæſti
mabili obſeruantia Patrẽ Beatiſſimũ uenera
ris: hinc deniq; omni loco omni tẽpore de
um trinũ & unum adoras: cuius præcæptis
obediens nunq̃ a ueritate diſcedis: i quo ſo-
lo omnẽ meritoꝝ tuoꝝ ſpem collocaſti: cui
ardẽtiſſimo deſiderio charitatis te tuaq; oĩa

19

dedicaſti: ad quē tēporalibus ſpretis delitiis tāq̄ in euidentiſſimæ ſalutis portū confugi/ſti. Vbi ſecurus a quocunq; tempeſtuoſo ſæuientis fortunæ fluctu magno excælſoq; aīo eius derides ludibria: ubi extra humanarum uiciſſitudinū aleam poſitus: neq; eius flatu intumeſcis: neq; ea reflāte deprimeris: quin ſemp̄ eodem uultu eadēq; conſtantia infra/ctus nihil cenſeas præter turpitudinē eē ti/mendum: ac ſolā honeſti pulchritudinē ad mireris: pro qua fortibus uiris omnes erumnæ omnia ſint ſubeunda pericula. Neq; ta/men ob hæc fronte obducta triſtiq; ſuperci lio ſeuerus icedis: neq; eo₄ more: q curios ſimulant: & bacchanalia uiuūnt: uitā inſtitutaq; alio₄ ſugillas. Verū tanta manſuetudie tāta mo₄ ſuauitate omnia peragis: ut abſq; ulla difficultate multitudinis animos allici/as ad amorē: unde magnopere uiget tui nominis gloria: quæ poſtmodū apud Sūmos Principes promptiſſimos tibi fauores con/ciliet. Neq; immerito: quom naturæ tuæ beinignitatē ſecutus in cunctis dictis factiſq; tā animi q̄ corporis decorū atq; modeſtiā ſer/

ues. Inde faciem tuam dulci nitore atq; hila
ritate ſerenas: Inde fluit feſtiui ſermonis le-
pos. Qua enim facilitate priuatos ĩ tua ad
mittis colloquia? qua humanitate introdu-
ctos cõplecteris? nemo ædepol unq̃ abſte nõ
lætus diſcedit. Nobis proculdubio ſic ꝑſua-
demus: omniũ ex te uno ſumi poſſe exẽpla
uirtutũ. Iactent igitur ſuum Aegyptii Trime
giſtum: Admirentur Hieroſolymæ in Salo
mone omniũ ſcientiaꝝ ꝑfectionẽ: nec mi-
nus Græcia ſeptẽ ſuos circũferat ſapientes:
Romani Catones Ambos in cælum laudi-
bus efferant: nequaq̃ tamen abſte in illos de
ſideria noſtra conuertent. Sed quoniã duo
hæc in ſummo principe requirenda prædi-
ximus: Auctoritatẽ uidelicet & felicitatem:
utrãq; ordine paucis abſoluã. Non igitur ſa
tis eſt bonũ ſapienteq; eſſe alioꝝ modera-
torem: qui niſi regiã quandã ac pene diuinã
induat maieſtatẽ: nullis legibus: nulla arte:
nullis terroribus multitudinis impetus con
tinebit: quin ĩter coaxantes ranas uelut iners
truncus iacebit. Neceſſe eſt ergo eum talem
eſſe: quem ſponte aut ament: aut timeãt: aut

uenerentur:cui certatim faueant:quem præ omnibus malint:quem lectiſſimum arbitrẽtur. Quæ omnia non tantum uirtute aut diſciplina:quantum opinione eximii nominis comparantur. Quæ igitur alterius huius ordinis fama iter christianos clarior fuit unq̃?cuius opera:cuius ſalubriora conſilia? in quem tot tantæq; publice priuatimq; cõſpirationes?Equidem non illum modo domesticæ diuitiæ paternæq; dignitates ac nobiliſſimorum affinium amicorumq; fauores extollunt:Verum in ſublime eum euehit Potentiſſima Venetorum Reſp. Fortunatiſſimi Collegæ ueluti alterum Hadrianum humani generis delitias contuentur: Sanctiſſimus Papa tanq̃ ſuum Auguſtum complectitur:Deniq; in eum cõcurrit omnium bonorum conſenſus:quo fit ut iam nunc quibuſcunq; populis ſit uerendus atq; conſpicuus. Maxime autem quom eius tantam uideant felicitatem:ut nihil illi ulla ex parte deſit:quod in conſumatiſſimo principe poſſit etiã uotis optari. Neq; enim iam amplius repetã:quæ per ſe uobis magis q̃ oratiõe

mea innotuerũt:in qbus ſolis primariæ phi-
loſophorum ſectæ ueram Beatitudinẽ po-
ſuere. Tantũmodo illud addam egregiæ ſin
gulariſq; formæ uiro hæc omnia contigiſſe:
cuius pulchritudinis elegantiam: tum certa
uiuendi regula: tum geſtu cultuq; decentio-
re exornauit: adeo ut nemo quantumuis p-
ditus illi hæc bona inuideat: uerum aptiſſi-
me collocata diiudicet. Quom uere quidẽ
bonus ſit: atq; ex omni parte quadrangulus:
ut non modo eius uotis ſe hominum ſtudia
accomodẽt: uerum etiam fortunæ flatus ob
temperent. Quare quom chriſtianæ Reip.
cura ita ſit neceſſaria: ut ſolertiſſimo indige-
at paſtore: ita nauicula piſcatoris uacillet: ut
culpa & ſocordia gubernatorum iam prope
naufragium faciat. Quomq; hic unus ad
hoc ipſum diuino quodam conſilio natus
eſſe uideatur: in quo ſit omnium pene rerũ
peritia: omnium uirtutum habitus eluceſcãt:
penes quem ſit tanta auctoritas tanta felici-
tas: an dubitamus adhuc ſolum hunc eſſe:
cui Aureũ Petri Soliũ debeatur? quom ſit
ſolidiſſima petra: ſuper quã Ieſu chriſti ædi

ficetur eccleſia: quod ut illi decens ac conſentaneum ſit: tum humanæ ſalutis: tum ipſius cauſa: deo diuiſq; imortalibus auctoribus certatim ſummi ſacerdotes cōmittant. O igitur ſapientē fortunatū & uere beatum uirum: cuius cū uirtute fortuna cōiuncta eſt. O unicum chriſtianorum perfugium: in quo reſident iconcuſſa fidei ppugnacula. O uigilantiſſimū bonorum cuſtodem. O maloru; clæmentiſſimum correctorem. Et ô nos ſub tua cura felices: cui (ut Homerus præcinuit) ſceptra dedit uenerandaq; iura Iupiter: ut quæ recta forent ac iuſta uideres. Tete omnes ob recta colent: tete inclyta demū Fama uirum extremas terræ uulgabit in oras. Quanto igitur nationes omnes putas ellatas gaudio: ad quas quidem diuerſas atq; lōginquas Aquileienſis infulæ ſe cura extēdit ſimulac accæperunt nouitiū te ſibi obtigiſſe paſtorem? Mihi crede ſi modo id moris eēt quod fuit olim: ex Apollonia: Boemia: Pānonia: ex Dalmatia atq; uniuerſa Illyride: ex magna parte Germaniæ: quin & ex omni præpotenti ac percelebri regione Veneta

publice priuatimq; uiſendi ſtudio ac officii gratia ad te protinus cõfluxiſſent: tanta hac ſedem ueneratione proſequuntur. Cui hodie poſt Petri & Pauli Romana limina primas partes aſſignẽt: quandoquidem orientales ab immanibus Mahumethanis euerſæ uideantur quodam modo capite diminutæ: hac ſola ſuperſtite: quæ præcipuum ſibi patriarchatus uendicet nomen. Ex qua etiam Gradenſis Dignitas pullulauit: unde Veneti ſuum primatem traxere: ſicuti ex Aquileia Alati Leonis inſignia: haud immemores originis ſuæ: qui quidem i propria uenerũt: & ſui eos merito recæperũt. Sed una mehercule Foriiulii Patria exuberanti lætitia omnibus antecellit. Quæ te ſuos fines igrediẽte placidũ ſtrauit mare: cuius amnes leni fluuio proſiliere: cui protinus fæcundiſſimi arriſerunt colles: monteſq; aerii exultarunt: quæ tibi obuios per amœna locorũ cuiuſq; ordinis effudit uiros. Inter quos Vtinenſes Nobiliſſimi publico decreto frequẽtiſſima & equitum & peditum caterua occurrerunt Magnificentiſſimo Ioãne Maurocen o ſr:

tegerrimo Præſide præeunte. Indeq; ſuam introeuntem Metropolim circumfuſi omnes ſupplicantium ritu ſolenni Pompa ac ſacris hymnis de more feſtum celebrantes diem in ædem maximam introduxerunt. Vbi confeſtim iuſtitiæ tuæ cathedram erexiſti. Vnde nullis unq̃ precibus nullis conditiōibus dimoueas: quom rationi quadret ut ibi eam perpetuo permanere & uelle & optare debeas. Licet enim ſibi quiſq; placeat non tamen radios ſolis negabit. An uero cuiq̃ ignotum eſt hanc ſolam Vrbem inter patrianas caput altius extuliſſe? quæ & aeris temperie: & ſitus amœnitate: & locorum opportūitate: ad ſe incolendam hominum concurſus allexit. Vt iam tantopere coaluerit: q̄ per ſe plus ſola uigeat: q̃ reliqua omnia municipia poſſint: quippe quæ minime ope aliorum īdigeat: uerum tanq̃ cor in medio ſita circumiacentia membra ſua ubertate uiuificet: Eminentiſſima arce cuncta proſpectans. In hac igitur rerum copia ac uirorum luce: ne in oppidulis tua uirtus lateret: merito reſidendum duxiſti: quo in

loco tibi tuiſq; familiaribus ac perneceſſa/riis præſto ſint omnia: ubi plurimos erudi/tos tui ſtudioſos habeas: Nam ut Philoſo/phos Theologos Poetas Oratoreſq; præte/ream: quorum colloquiis ac congreſſioni/bus delectabere. Quibus Iuriſconſultorum Luminibus Tribunal tuum illuſtrabitur? quom eorum excellentiſſimum collegium publicis Gymnaſiis numero non eruditio/ne cedat: quibus ducibus ne in tenebris qui dem errare contingat. Hinc ad exteros in/fractæ æquitatis tuæ opinio permeabit: hinc terras tuæ mitræ obnoxias Aſtræa re/uiſet. Et quiſnam adeo temerarius ſit: qui alíorſum mentem tuam diuertere audeat? maxime quom hoc noſtrũ emporiũ Aqui leienſís obtineat locũ: quocum iam inde a tritauis ciuitatem cõmunicauit: ut quicunq; unius pari ratione alterius nobilitate & pri uilegiis perfruatur. Hæc igitur ſedes tua eſt: hæc illius uices ſubibit: ut quod ultra homi/num memoriam iugiter præſtitit: nunc quo q; ſponte cuſtodiat: & obſeruet. Salue igi/tur maxime atq; optime Patriæ pater: no/

mine inq̃ Vtinenſium Saluetquorum mañ
datis obtemperans hæc omnia protulis
Quom ipſi alioquin longe maiora expe-
ctarent:tuæq; magis Amplitudini congru-
entia.

::DIXI::

VTINI.

MCCCCLXXXXVIII.
XIII. KAL. IVLIAS
HORA.
XX.

Errata calchographorũ: quæ alicuius momẽ
ti uidebantur: recognita & caſtigata lector
hic annotauimus: cætera per te corriges.

Folio v. ubi ẽ Veneri legendum eſt uentri.
Fo. vi. Libeꝝ leg. liber: ſed hoc ſolũ in qbuſ
dam foliis: i aliis uero ípreſſores emẽdarũt.
Fo. viii. Tẽperiæ cũ diphthongo pro tem/
perie ſine diphthongo.
Fo. viiii. heorũ legendũ Heroũ: ſed hoc ſo
lũ i qbuſdã foliis: i aliis uero ípreſ. emẽda.
Fo. xi. Lacedemoniis ſine diphthongo pro
lacedæmoniis cum diphthongo.
Fo. xii. quomodo leg. quom.
Fo. xiii. caldæos ſine. h. leg. chaldæos cũ. h.
Fo. xv. Collegiis leg. collegis.

Grimani, Antonio. - Doge of Venice. Born in 1436, he first led a seaman's life; then, in political life, he was the standard-bearer of the alliances with the emperor (embassies of 1490 and of 1495) and with France, even though in 1495, as a civic duty, he fought against Charles VIII: three years later he was one of the most ardent supporters of the French league [alliance]. And perhaps this position was the reason for the misfortune which a year later overcame him through the defeat that the Turks inflicted on him in the encounter of Zonchio (1499). The severe condemnation that struck him, with the loss of all his offices (he was already General of the Sea* [Admiral?] and Procurator of St. Mark) were also dictated by profound political and private (family) resentments. Scornful, he rebelled against ~~against~~ this injustice and preferred exile in Rome with his ~~Dominican~~ son Domenico, a Cardinal, while waiting for his reestablishment. The ill-omened days of 1509 opened the doors of his fatherland for him again, with the restoration of his lost honors. Raised to the rank of Duke (1521-May 7,1523), he at first formed an alliance with Francis I and, after the battle of Bicocca, with Charles V; but in general he showed irresoluteness in political action, which was not always useful for the fortunes of Venice. He died in 1523.

* In the expression "General da Mar" it is just possible that Mar may be a proper name, but it is not probable.

Grimani, Domenico. - Cardinal, diplomat, humanist, born at Venice about 1461, died at Rome on August 27, 1523. He was Patriarch of Aquileia from 1497 to 1522. A friend of Julius II, magnificent Maecenas, he was protector of the arts and collected a rich library, which he left to the church of St. Antonio di Castello (Canons of SS. Salvatore) and which was destroyed by fire. His fame is attached especially to the precious Breviario which bears his name and which he left, at his death, to the Republic of Venice. (See Breviario, VII, p.838)

Ven. ; C.B.T.